



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 53. De dissolutione obligationis prouenientis ex contractu, aut ex
quasi contractu ciuili,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

163. & 164. tum demum de amissione hæreditatis, ad quam pertinent ab eodem tradita in disput. 175. & quinq; sequentibus.

Quod attinet ad legata, copiose idem author differit de illis a disput. 193. ad 206 tanquam de quibusdam partibus testamenti, non quidem spectantibus ad institutionem hæreditatis; sed iphi institutioni superadditis, tanquam donationibus, quas testator vultab hærede suo mandari executioni. Quod fieri potest dupliciter; uno modo dirigendo verba legatarium: vñ si dicat: Lego, aut relinquo hoc, vel illud Petrus; altero modo dirigendo verba ad hæredem, rogando, aut præcipiendo, vt hoc, vel illud det Petrus, sicut; vocatur fideicommissum particulari: non tamen ob dfferentiam aliquam in effectu, ut pote qui idem est in virtute illius modi donationibus. Vnde & quidquid delegato dicitur, censendum est dictum de fideicommisso particulari, prout in cit. disput. 193. admonet ipse Molina.

De legatis.

Vltimum igitur documentum sit, propositum ab eodem Molina disp. 213. Quando heres, aut hæredes sunt de numero descendenterum, aut ascenderum: tunc non obstantibus legatis à defuncto relictis, ipsi accipere possunt de bonis illius, suas integras portiones legitimas, quibus defraudationi poterunt. Es de iure communè est tertiā partem bonorum defuncti cui succedunt, paulo ante attigimus. Quando vero hæres, aut hæredes sunt alij, quibus legitima portio debiti non est, præcipiunturq; legata solvere: ipsi legatis non obstatibus possunt retinere quartam partem bonorum defuncti; etiam si illa legata totam hæreditatem ad eam quærat, accipiantur. Atq; si per locutis ipsiē remaneret, ipsiū ab illis detrahī potest pro rata, ad supplendum quod deficeret, vt ipsi hæredibus remaneat quartā pars bonorum defuncti. Hæc habentur ex titulo De lego Falcidia, Institutis, & ex titulo ad legem Falcidiā, tam Cod. quam D'getis. Porro illud quod hæredes detrahere possunt à legatis, vt quartā pars bonorum defuncti ipsi remaneat appellatur Falcidia à quodā Falcidio talis remedij inventore, prout ibidem addit Molina: aliquot deinde euētureferens in quibus Falcidia nequit à legatis detrahī, quorum præcipiū sunt.

Primus, cum testator nō ignarus modi, seu virium sui patrimonij ex p̄fēcē prohibuit illam detrahī. Secundus, quando legata sunt ad causas pias, nisi & ipsa hæredis instituto sit etiam ad causas pias, ne e enim tunc vna causa priuilegiū habet ad eū suscipiā: fed vtrāq; simili priuilegio gaudet; ita vt faciat eū oporteat iuri cōmuni. Tertius quando res aliqua legata est, vñ perpetui alienari non possit. Quartus, quando hæres inuentariū non conficit intra tempus, & iuxta formā à iure præscriptam. Quintus, si postquam fuerit à Iudeo admonitus, testatoris voluntatem intra annum nō mandauerit executioni. Sextus, quando hæres sc̄ens quantitatē hæreditatis, à principio quibusdam ex legatarijs solvit integra legata. Septimus, quando alicui legatur instrumentum, seu scriptura de re cuius erat dominus. Quibus vero fundamētis hæc nitantur apud ipsum qui volet, inuenire poterit.

C A P. L I I I.

De dissolutione obligationis prouenientis ex contractu, aut ex quasi contractu.

S V M M A R I V M.

633. Tali disso'l' u'io sit tum remissione debiti, tum solutione, cuius varijs sint modi, ac primo nouatio, & delegatio.

634. Deinde compensatio.

635. Præterea solutio, que quando ea locum habeat, & quando non habeat.

636. Quis recte soluat, quidq; & cui solvi debet.

637. De acceptatione, & generali effectu solutionis.

638. De dissolutione propositae obligationis per rei interitum, aut sententiam Iudicij, aut præscripcionem legitimam.

639. De ea que sit tralendo instrumentum.

Obligatio prouenientis ex contractu, aut quasi contractu, disolvitur vel remissione eiusdem obligationis facta per

creditem, vel solutione eius quod ex contractu, vel quasi contractu quis debet. Que sit varijs modis, ac primo commutatione vnius obligationis in altam, quā prior extinguitur, & posterior loco illius succedit ac subrogatur, vt sit in nouatione, & delegatione.

De nouatione, & delegatione.

S E C T I O . I.

Nouatio enim, vt habetur lege prima, ff. Denouationibus, est prioris debiti seu obligationis in aliam obligationem ciuilem, vel naturalem transfluo atque translatio: ita vt prior perimitur. Neque inter se, vt ibidem additur, qualis obligatio præcesserit, sive naturalis tantum, sive ciuilis: & sive verbis, sive re, sive consensu contracta. Ea vero qua sequitur, & in quam ea quæ præcessit transferri ac commutatur, validam esse debere saltem naturaliter, ratio postulat, idque habetur ex sequenti lege 2. Cum autem ex lege Delegaci. 1. Denouationibus, delegare sit vice suā alii reum dare creditori, aut alteri cui creditor iussit; ratio delegations consistit in eo, quod is qui delegatur, se de mandato delegantis constitutus reum seu debitorem creditoris pro ipso debitorē, debitum illius suscipiendo in se, & sic trium personarum consensus requiritur; primus eius qui delegat, secundus eius qui delegatur, quia nemo aliqui iniurias delegatur, ex cit. lege 1. tertius creditoris, qui à delegato sui debitoris stipuletur suum debitum, ex eadem lege 1. Videndum est Molina disput. 559.

De compensatione.

S E C T I O . II.

S E C U N D O dissolutio proposita fit compensatione: quæ Sex lege 1. ff. De compensationibus, est debiti, & crediti inter se contributio hoc est, vt habet Molina de hac re in seq. disp. 160. late differens, collatio quantitatum in quibus duo sibi in unicem sunt debitores & credores, vt de eo quod reus auctori debet, derrahatur illud quod hic vicissim illi debet: nec amplius debitum censatur daturq; Vbi aduertere ad compensationem, minime necessarium esse, vt debitum sit vtrumque æquale; sed si mihi tantum quinque debetas, & ego tibi decem, vñquæd quinque fieri potest compensatio: ita vt quod amplius relata, nimirum alia quinque, possit à me repeterem, ex lege 4. & 5. eodem titulo. De dubio autem quod idem Molina tractat; an qui iurauit se soluturum, possit uti compensationem, iam dictum est in p̄c ed. parte libr. 10. numero 290.

Porro quando locum habeat cōpenatio, declaratur his documentis. Primum est, locum habere quando vtrumque debetur res in p̄dere, numero, & mensura cōsistat, si vtrumque debita sint eiusdem speciei, & æquali bonitatis, ac valoris, vt certa pecunia, quantitas, certa mensura tritici, vel vini eiusdem bonitatis, & valoris. E enim res que tales sunt, functionē sufficiunt, hoc est, vna loco alterius substituti, adeoq; solvi potest. Secundum est, non habere locum si vna ciuili modi rerum ex aliquo capite sit maioris valoris, quam altera, vt quando triticum vtrumq; debitur, solendum est in diversis locis, in quorum vno triticum eiusdem etiam bonitatis pluris venditur quam in alio. In tali enim compensatione non seruaret æquitas iustitiae commutatiæ. Tertium est, compensationem posse quoque fieri quando res nō consistunt in p̄dere, numero, & mensura, si vtrumq; debite sint eiusdem speciei; & indeterminatae in individuo, vt si duo sibi vicissim deberent vnum equum indeterminatum in individuo; tunc enim inter res vtrumq; debitas datur æqualitas valoris, cum & sint eiusdem speciei, & similiter indeterminatae, vnde fit ut functionem recipient ac vna in alterius compensationem dari valeat etiam creditore inuitu.

Quartum est, non esse compensationem inter res quæ in numero, pondere, & mensura non consistunt, quarum vna debetur determinata in individuo, sive alia debetur simili determinata, sive non, quia tales, prout tales, non sunt, sicut vtrumque indeterminate, eiusdem valoris, id est vno loco alterius, nisi consentiente creditore dari non potest. Excepit Molina, si ex vna parte debatur pecunia, & illud quod

633.

634.

ex altera parte debetur, tandem per estimationem sit in pecuniam resoluendum: tunc enim locus compensationi esse potest per primum documentum ante traditum. Porro locus non est compensationi, si causa ex qua fieri dicitur, non sit liquida, ex lege vtrima, Cod. De compensationibus: nec item elat in deposito, ex eadem lege: nempe is à quo peritur depositum, non potest eo prae-textu illud retinere, quod à depositore aliquid ei debatur; nec etiam locus est, *x ad eam legem in fine iuncta glossa*, quando aliquis condemnatur, vt aliquid reddat alicui, ob vim illatam, vel furtum, aut aliud maleficium. Siue enim res ipsa ablati, sive estimatione illius, sive quid aliud fuerit in peccatum impositum, non potest fieri compensatione retinendo quid talium pro debito eius cui debet restituatio eorum fieri. Id quod videtur ita statutum inodium delicti commissi; vnde si debitum quoque alterius est et simili maleficio, possit esse locus compensationi inter ipsa similia debita.

De solutione specialiter sumptuaria, ac de acceptatione.

S E C T I O N I I I.

635. **T**ERIO dissolutio proposita fieri potest, solutione sumptuaria proprie, nimirum pro exhibitione eius quod debetur, aut alterius rei loco eius, quando vel ipsum summet solui non potest, vel creditor contentus est quid aliud loco eius accipere. Quia definitio occasionem dat nobis dicendi; Quis recte soluat, quid & cui solui debeat; quod fiet paucis. Plura qui voler, videre poterit Molinam disp. 562. & aliquot sequentibus.

Recte igitur soluit, vel ipse debitor, vel qui uis aliis pro ipso, etiam ignorante vel iniuicio, ex lege 5. & 17. Cod. De solutionib. & Infr. Quibus modis tollatur obligatio, in principio. Solui debet vero res quae debetur; aliud autem pro ea, iniuitu creditore non potest: volente vero ac consciente potest, ex lege 10. 16. 17. & 24. cod. tit. excepto tamen in opere casu. Si enim certe summa debitor non habeat unde soluat, potest creditor suo rem quam habet optimam à iudice estimatam, in solutum dare, ex Authentico Hoc nisi. Cod. ibid. Solui præterea debet ipsi creditor, aut cuius alteri cui ipse permiserit, aut mandauerit solui, ex leg. 4. 11. 12. & 19. codem adhuc titulo.

637. Aduerte dari quamdam imaginariam solutionem, quæ felicitate nihil soluitur, & tamen debitorem ab obligatione liberat; acceptatio dicta est, ab acceptu ferendo. Est autem acceptum ferre, idem ac fateri se ab aliquo acceptisse: vnde acceptatio dicitur quædam verborum conceptio quæ creditor à debitore stipulante interrogatus, respondet se (*quasi solutione facta est*) debitum acceptum ferre: & sic debitorem ipsum obligationem libera.

Aduerte præterea, solutione non modo specialiter, sed etiam generaliter sumptuaria, conuenire ut cæfacta, liberi ab obligatione maneat non modo debitor & heredes ipsius, sed etiā pignora ac fiduciiflors, atq; adeo quicunq; alii qui accessoriæ obligantur cum eodem principali. Ratio est, quia extinguita principali obligatione, extinguitur quoque manent accessoriæ, prout intelligitur ex leg. 179. ff. De regulis iuriis.

De alijs modis quibus proposita obligatio dissolatur.

S E C T I O N I V.

638. **Q**UARTO potest eadem dissolutio fieri interitu rei debiti. Quando enim debetur aliquid determinatum in individuo, vel aliquid determinatorum in individuo, ipsumque per finem debitoris culpa, aut in ora tradendi illud, tunc creditor perit, tanquam domino ad quem pertinet, sive titulo gratioso, vt donatio, commodatio, deposito, sive oneroso, vt emptionis vel venditionis: vnde sit vt debitor liberetur ab onere ipsum restituendi. Quia de re ex instituto cum derelictione in preced. li. 10. tract. 2. in quo traditæ sunt aliquot regulae de cauicandi, & tractatu tertio cap. 16. cum dictum est de memorata mora.

Quinto fieri potest per sententiam iudicis, quæ debitor liberatur ab iubito. Sed aduerte, talem in conscientia habere

tantummodo locum, quando re existente dubia, sine fraude & dolo sui ius quis prosecutus est, pro ipsoq; lata est sententia. Nam si ei consiliteri se debitorum est: immo si idem conflet ei post latam sententiam, antequam debitum sibi adjudicatum prescribat legitimè; per eandem sententiam non liberatur quoad forum conscientiae: quoniam ea non tribuit ius, sed solum declarat ad quem ipsum spectat; solumq; in ipso conscientia foro vim habet, cum res ita se habuerint, ac per illam pronunciacionem est.

Sexto fieri potest titulo legitimæ prescriptionis, iuxta tradita de eadem prescriptione in memorato lib. 10. cap. 10. Imo iuxta legem Is qui, De solutionibus, si quis in solutum det alienum, liberatur à debito, si creditor illud prescribat legitimè.

Ultimo fieri potest tradendo instrumentum debiti, aut illud rumpendo, vel cancellando; nisi creditor probet, viat meo illud tradidisse: vel furto suis ablatum: de ipsius potestate: vel alia ratione, quam animo remittendi debitum, scilicet tradidisse, aut rupisse, aut cancellasse: puta, quia tradidit ad custodiam, vel illud rupit non aduertens esse instrumentum debiti, aut alia de causa: tunc enim remissum debiti non censemur facta. Hac eadem habet Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 561. Quibus coniungenda sunt que in eodem libr. 10. cap. 18. & 19. tradidimus de causis escularibus à restitutione.

T R A C T A T U S V L
T I M V S.

De publicis officijs ciuilibus.

FRACTATIONI de contractibus ciuilibus adiungitur illa de publicis officijs ciuilibus, tanquam de quasi contractibus initis cum Repub. ad eiusdem bonum statum procurandum, ac conservandum armorum usu; vel exercitio iudiciorum secundum leges: unde quædam ex talibus officijs dicuntur militia armata; & quædam militia togata. Atq; de prioribus tradenda proportione iudicandi de peccatis, quæ in illis oboeundis committantur; sufficienter possunt in eligi ex ijs que tradidimus, tractantes de bello in preced. lib. 21. cap. 8. ad 5. præceptum Decalogi. De posterioribus vero nunc agimus: non de omnibus, sed de præcipuis quæ sunt iudicis, Aduocati, Procuratorib; & Notarii officijs. De quibus copiose & elaboratæ Decalogum sub finem Georg. Saturi.

C A P . L I V .

De officio Indicis.

S V M M A R I V M .

- 641. *Vt Index licite indicet, potestas in eo requiritur.*
- 642. *Item q; veritas.*
- 643. *Tum vt eruet formam juris in sententia ferenda.*
- 644. *Item q; in modo procedendi, sive via denunciationis.*
- 645. *Sive via accusationis.*
- 646. *Sive via inquisitionis: quæ triplex est, generalis, specialis, & mixta.*
- 647. *Ad generalem non requiritur accusatio, nec infamia praevia.*
- 648. *Modus procedendi via specialis inquisitionis requirit praeviam infamiam.*
- 649. *Requir. t & accusationem, vt procedatur yisque ad punitionem.*
- 650. *An ad eam sine infamia sufficiente iudicia manifesta.*
- 651. *Iudicium aliud ordinarium; aliud extraordinarium, in quo sufficit accusatio sicut a quinque.*
- 652. *Modus procedendi in indicio via inquisitionis mixta.*
- 653. *Intellexi indicij ad eiusdem formam spectans.*
- 654. *Quantitas & qualitas pene ad eamdem formam requiri.*
- 655. *Quatenus lege impositam summus Princeps relaxare potest.*

656. *Quid*